
Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

No 2225.



M Tuscher fecit

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

= L. N. 1633. M

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)



428β It

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

ELEMENTALE EBRAICVM EA PRAECIPVE COMPLECTENS, QVÆ AD FAcultatem & rationem rectè legendi Ebraica faciunt: conſcriptum

A

Iacobo VVilhelmio Neſtuædenſi Dano.

PROVERB: I.

יִרְאַת יְהוָה רֵאשִׁית דָּעַת חָכְמָה
וּמוּסָר אֱוִילִים בָּזוּ׃

VVITEBERGÆ

Excudebant Clemens Schleich & Antonius Schöne.

ANNO M. D. LXIX.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Henricus Marci Reinerus ~~Ecc~~ Congregationis
et Pastor Sdyneensis Anno 1700
1702. 1703 1703. 1704. 1705. 1706
1707. 1708. 1709. 1710. 1711. 1712
1713

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

CANDIDO LECTORI SALVTEM.

PRopria dos hominis facundæ gratia linguæ,
Eloquio rerum promere docta notas.
Cum mens obiecti formas ab imagine ſumit,
Mentis at interpres ſymbola ſermo refert.
Mutua ſic lingua eſt communis copula uitæ,
Colloquijs hominum iungere nata genus.
Cum datur alternas audire & reddere uoces,
Vocis & autorem uoce ſonare Deum.
At calamo ſignans auditam ſcriptio uocem
Dos eſt eloquij non quoq; dote minor.
Cum modò præſentes ſermone fruantur amici,
Iungat at abſentes litera ſcripta ſono.
Quin & noticias, olim quas ſcire nepotes
Siue tenax animi uis meminiſſe uolet,
Fida propagandæ doctrinæ pagina cuſtos
Atq; uetuſtatis docta miniſtra notat.
Sic ſcriptura procul diuina perambulat orbem,
Linguarumq; datur munere noſſe Deum.
Quarum prima loco eſt Ebrææ patria gentis,
Semina quæ reliquis principiumq; dedit.
Voce Deum propria quæ nos audire loquentem
Ne rudis interpres det tibi uerba, facit.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Ne tibi ſectanti riuos pro fonte, propinet
Infectam limo turbidus hauſtus aquam.
Ergo characteres linguæ quoq; tradere ſanctæ
Pars operæ eſt monſtrans ad grauiora uiam.
Sedulus hac quoniam Gulielmus in arte laborat,
Et qua parte poteſt ſacra iuuare iuuat,
Digna laborantis ſtudio quoq; debita merces
Conueniensq; ſuo gratia danda loco eſt.
A minimis etiam laudem decerpere laus eſt,
Cum minimè paruis magna carere queant.

Fridericus VVide-
brandus.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

SPLENDORE ET NOBILITATE GENERIS, SAPIentia, pietate & uirtute præſtanti D. PETRO OXE, Domino de Giſſelfelda, Magiſtro Palatij & Regis & Regni Daniæ digniſsimo, Domino ac Mecœnati ſuo perpetua obſeruantia colendo,

Gratiam & Pacem à Deo Patre, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum precatur

Iacobus VVilhelmius Neſtuædenſis.

R*EGIVS PRO pheta Dauid Pſal. 68. inquit: In Eccleſijs benedicite Deo, Domino de fontibus Iſraël, id eſt, quandocunq; conueneritis, vero Deo gratias agite propter regnum Chriſti, quod iam viui fontis inſtar ſcaturire cœpit.*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Cum autem Ebræus ſermo Prophetarum, & Græcus ſermo Apoſtolorum, vnde vera Dei cognitio & celebratio haurienda eſt, ſit purus et ſincerus fons verbi Dei, ad quem in controuerſijs dijudicandis fugiendum eſt, & ad quem bono interpreti ſemper reſpiciendum eſt: Solet hoc dictum Pſalmi citari ad commendanda ſtudia linguarum, quarum cognitio in Eccleſia Dei neceſſaria eſt, vt ſunt Ebræa, Græca & Latina, inter quas lingua Ebræa maximè cõmendatur ex præſtãtia et dignitate autoris, qui eſt ipſe Deus, primus huius ſanctæ linguæ autor, qua vſus eſt per ſanctos Prophetas in aperiendis ſuo populo ſacroſanctis oraculis. Hac lingua tota diuinitas, Pater, Filius & Spiritus ſanctus hoc pulcherrimũ mundi & omniũ creatura-

rum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

rum, quæ in eo ſunt, theatrum, condiderunt, qua ſe tota Trinitas tanq̃ in imagine depinxit & patefecit: Atq; Adamo eam ſapientiam dedit, vt rebus nomina imponeret, quæ cõgruerent cum initijs huius linguæ, quæ à Deo acceperat. Ita ſecundum Deum autores ſacroſanctæ linguæ ſunt primi parentes, qui eam longo vſu amplificauerunt et excoluerunt. Deinde docti & ſancti homines inter Iudæos primum fuerunt, qui ſuum ſtudium & conatum eò contulerunt, vt qua poſſent diligentia rudimenta ſuæ linguæ conſcriberent & poſteris relinquerent, ſicut Ioſephus dicit omnium ſcriptorum antiquiſſimum eſſe Moſen, fidelem Dei famulum. Poſtea inter Chriſtianos & Germanos Capnio primus præcepta de hac lingua latinè ſcripſit, cuius di-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

ſcipulus fuit vir clariſſimus Iohannes Forſterus, Profeſſor ſanctæ linguæ in Academia VVitebergenſi. Excoluerunt etiam hanc linguam cum magna admiratione Sebaſtianus Munſterus, Pagninus, Ceualerius, & alij, inter quos non eſt minimus cẽſendus Nicolaus Clenardus, quem Deus ad hoc munus ſingulariter excitauit, vt illa quæ apud diuerſos diſperſa fuerunt, colligeret, & ſuperflua reſecaret, & quæ deeſſe videbantur, adderet ipſe.

Ex his facilè intelligi poteſt, quanta cum diligentia hæc lingua diſcenda & excolenda ſit, cum habeat autorem ipſum Deum, qui hoc ſermonis genus, & non aliud, aptiſſimè congruere explicationi rerum à ſe conditarum iudicauit, & hactenus in tot Eccleſiæ dilacerationibus

&

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

& perſecutionibus per ſingularia organa, videlicet per pios & doctos viros diuinitus propagauit & conſeruauit, & adhuc in ſui ipſius gloriam & Eccleſiæ ſalutem excitat multos pios et rectè ſentientes, qui omne ſtudium & laborē eò conferunt, vt hæc lingua incorrupta ad poſteros propagetur, idq; propter hos fines, vt non ſinamus hanc ſanctam linguam iacere & ſqualeſcere, ſicut, proh dolor, factum eſt annis ſuperioribus in Papatu, cum hac lingua inde vſq; ab initio creationis homines vſi ſint.

Deinde vt huius linguæ cognitione inſtructi exactius & maiori cum dignitate ſacram Theologiam vtriuſq; Teſtamenti tractare poßimus. Omnis enim qui cum Filio Dei, cum Prophetis & Apoſtolis ſine interprete colloqui cupiunt, & veram

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

ac ſolidam doctrinam expetunt, linguarum cognitionem habeant, neceſſe eſt.

Tertiò, vt non ex limoſa lacuna et diſsipatis ciſternis aquam hauriamus, ſed fontes diſciplinæ deguſtemus, et cum voluptate intelligamus, ſicut dicitur:

Et quamuis ſapor eſt oblata dulcis in unda,
Gratius ex ipſo fonte bibuntur aquæ.
Et magis adducto pomum decerpere ramo,
Quàm de celata ſumere lance iuuat.

Nam fieri non poteſt, vt ea proprietate & perſpicuitate & verborum ac figurarum luminibus in alienam linguam aliquid transfundatur, vt non in fontibus omnia ſint illuſtriora & ſuauiora.

Præterea diligenter diſcenda eſt hæc lingua, vt verſiones commodiores Bibliorum melius intelligantur & probentur. Extant enim mul-

tæ

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

tæ Biblicæ verſiones in varijs Lin-
guis, ſed quæ propius ad fontes acce-
dant, & quæq; longius ab illis diſce-
dant, oſtendit Ebraicæ linguæ co-
gnitio. Hæc.n. vera confirmat, falſa
reycit, ambigua illuſtrat, & muti-
lata reſtituit. Et quotidiana lectio
& experientia teſtatur, quàm neceſ-
ſarium ſit, rectè de verſionibus Bi-
bliorum iudicare, præſertim cùm hoc
tempore de præcipuis articulis fidei
tot Theologorum certamina, et erro-
res pernicioſiſsimi ex textu Biblico
prauè ob inſcitiam linguarum intel-
lecto, extẽt, quibus aduerſarij noſtri
ſuum impium dogma ſtabilire et con
firmare conantur. Quanquam enim
multæ fuerunt cauſæ errorum & te-
nebrarũ in Eccleſia, vtpote ſuperſti-
tio populi, auaritia ſacrificulorum,
ambitio pontificum, vanitas & pe-
tulan-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

tulantia ingeniorum in docentibus: tamen Ebrææ linguæ contemtus & ignorantia inter præcipuas cauſas cenſetur. Nam & Prophetici & A-poſtolici libri minus intellecti ſunt, cum fontes non legerentur. Ideo alia doctrinæ genera excogitata ſunt, & varia Idola in Eccleſia collocata ad confirmandam populi ſuperſtitionē, & ad captandam pecuniam atq; ad ſtabiliendam potentiam. Quod vno aut altero exemplo manifeſtum fiet. Vetus verſio mox in ipſo veſtibulo & prima fronte Bibliorum in tertio capite corrumpit primam promiſsionem, cū ait: Ipſa conteret caput ſerpentis. *Per dictionem* Ipſa, *referens mulierem, cum in fontibus pronomen* הוא *referat ſemē mulieris. Ex hac igitur deprauata verſione aduerſarij Antichriſtiani promiſſum*

ſemen,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

ſemen, exhibitum nunc & datum Meßiam, generis humani ſaluatorē & redemptorem furenter ignominia afficere non erubeſcunt, dum peruerſè tranſmutant ipſum promiſſum ſemen Chriſtum Ieſum in ipſam matrem Mariam, quemadmodū in hac clara luce Euangelij, proh dolor, videre eſt in Biblia Coloniæ nuper impreſſa, vbi verterunt: Ipſa Maria conteret caput ſerpentis. Atq; ita retinent veterem verſionem multis in locis corruptam, vt ſanctorum inuocationem & alios errores, quæſtus gratia, ſtabiliant & tueantur.

Extat etiam locus in Propheta Ieremia, cap. 11. *qui ſolus exemplo eſſe poteſt, quantum referat vel mediocriter eſſe verſatū in ſancta lingua, quem locum vetus verſio ſic legit:* Mittamus lignum in panem,

&

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

& eradamus eum de terra viuentium.

Hîc Rabini lignum intelligunt venenatam arborem Taxum, quam in minutiſsimas partes conciſam Iudæi in cibo Ieremiæ miſcere voluerunt, vt hoc modo ipſum de medio tollerent.

Huic falſæ Rabinorum interpretationi nonnulli Chriſtianorum ſubſcripſerũt, vt Nicolaus Lyranus. Et ſecundum illam opinionem hunc locum Munſterus ita vertit: Perdamus ligno panem eius. *At Tertullianus et Cyprianus verba textus tranſponentes ita expoſuerunt:* Mittamus panem in lignum, *hoc eſt, Chriſtum qui eſt panis ille cœleſtis, adigamus in lignum, eumque crucifigamus. Hanc interpretationem poſtea non pauci ſunt amplexi,*

eaq;

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

eaq; verba in Eccleſia recepta ſunt et decantata eo anni tempore, quo celebratur memoria paſsionis Chriſti. Sed nimis longum eſſet, omnes falſas interpretationes referre, quæ ex inſcitia Grammaticæ Ebrææ et Biblicorum fontium oriuntur. Vera aũt huius loci interpretatio hæc eſt: Deijciamus arborem cum fructu ſuo, & ſuccidamus eam de terra viuentium. Verba ſunt impiorum Iudæorũ, qui volebant Ieremiã de medio tollere, quem nominabant arborem, & doctrinam eius fructum arboris, ſicut & Chriſtus apud Matthæum doctores nominat arbores, doctrinam eorum fructum. Cum itaq; cognitio ſanctæ linguæ bono et fideli interpreti ad dijudicandas controuerſias multorum ambiguorum locorum ſacræ ſcripturæ, de quibus ſeueriſsi-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

riſsimam fert cenſuram & iudiciū, vtilis et neceſſaria ſit: Non dubium eſt, quin omnes Deo officium gratū præſtent, & de Eccleſia Dei bene-mereantur, qui ſuam operam ad do-cendos et illuſtrandos fontes Prophe-ticos et Apoſtolicos piè & liberaliter conferunt. Quare vt & ipſe pro mea virili & mediocritate, eorū pijs ſtudijs, qui cum ſummo deſiderio & voluptate hanc linguā diuinitus ho-minibus traditam, addiſcere conan-tur, opem feram: Collegi aliquot capi-ta, quæ rationē rectè legendi Ebrai-ca monſtrant. Quidquid aūt hoc labo-ris eſt, tibi vir clariſsime, Mecœnas omnium in honeſtis ſtudijs verſantiū fidiſsime, dedicare volui, quod vt æ-qui boniq; cōſulas etiā atq; etiā rogo. Bene & fœliciter vale. Datæ VVi-tebergæ 24 Auguſti, Anno incarna-tionis Dominicæ 1569.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

CAPVT PRIMVM.

DE LITERIS, EARVMQVE FIGVRIS, NOMINIBVS ET POTESTATE.

Literæ apud Ebræos contra Græcorum Latinorumq; morem à dextra ad ſiniſtram procedunt & leguntur, & ſunt omnes conſonantes, quod hoc modo probatur, quia abſq; punctis ſyllabam conſtituere non poſſunt, quia ſunt veluti corpora, vt Ebræi loquuntur, cum vocant eas גּוּפִיּוֹת, quæ corpora ſeſe ſine anima mouere non poſſunt, animarum enim eſt mouere corpora. Sic vocalium eſt mouere conſonantes. Cum itaq; literæ non mouent, vocales eſſe non poſſunt. Omnes ergo literæ Alphabeti conſo-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

nantes ſunt, puncta verò vocales, cui ſententiæ ſubſcribunt Rabini omnes.

Sunt autem numero viginti duo, niſi quod litera ש geminatur propter aliam atq; aliam eius prolationem, quemadmodum poſtea oſtendam.

Quod etiam vetus dinumeratio oſtendit, quæ tantum viginti duas habet literas, coniungens שׁ & שׂ, ſicut patet ex Pſal. 25. 34. 111. 112. 119. 145. & Threnis Ieremiæ, quarum literarum figuras, nomina & pronunciationem ſeu valorem in ſubiecta vides tabella.

Figuræ	Nomina	Poteſtas ſeu ualor.
א	*Aleph.*	
ב	*Beth.*	*b. bh.*
ג	*Gimel.*	*g. gh.*
ד	*Daleth.*	*d. dh.*
ה	*He.*	*h. aſpiratio lenis.*

ו *Vau.*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

ו	*Vau.*	*u. conſonans.*
ז	*Zain.*	*ʒ. Græcum.*
ח	*Cheth.*	*h h. aſpirat: craſſa.*
ט	*Teth.*	*t. quidam* θ *græcũ.*
י	*Iod.*	*i. conſonans.*
כ	*Caph.*	*c. ch.*
ל	*Lamed.*	*l.*
מ	*Mem.*	*m.*
נ	*Nun.*	*n.*
ס	*Samech.*	*s.*
ע	*Ain.*	.
פ	*Pe.*	*p. ph.*
צ	*Tſade.*	*Ts.*
ק	*Koph.*	*k.*
ר	*Reſch.*	*r.*
שׁ	*Schin.*	*ſch.*
שׂ	*Sin.*	*s.*
ת	*Tau.*	*t. Th.*

Ex hac tabella manifeſtum eſt literas Ebraicas ſono imitari ferè latinam literã, quæ prima in ipſarũ no

mine æditur. Nomen.n. literæ ſemper incipit ab illa litera, cuius eſt nomen. Vt Beth ſonat b noſtrum, Gimel g, Daleth d, & ſic de reliquis. Atq; ita poteſtas literarum ex earum nominibus magna ex parte innoteſcit. Cæterum vt rudiores, qui non ſtatim aſſequuntur poteſtatem literarum ex hac qualicunq; commonefactione, melius eam intelligant, ſingula elementa repetam, eorumq; valorem diligentius excutiam.

DE SINGVLARVM literarum poteſtate.

1. א *Aleph ſpiritus tenuis Græcorum. Eſt enim aſpiratio leniſſima, quæ ſono vocalis, qua pronunciatur, nihil adycit. Dicitur autem* א *quaſi princeps, quia primarium obtinet in Alphabeto locum, vnde & Græci ſuum*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

um ἄλφα mutuati ſunt.

2. ב Beth duplicem habet ſonum. Quando enim habet punctum in ventre, idq; in principio dictionis & poſt ſcheua quieſcens, pronunciatur vt B forte, vt בַּת filia. In medio autem & in fine dictionis geminum B valet, vt דִּבֵּר locutus eſt. Quando vero Beth caret puncto ventrali, laxatur in v conſonantem vel in F, vt יָבֹא veniet, אָב pater. Significat autem Beth locum, quòd præ cæteris literis ſpacium amplum lineis ſuis circumſcribat.

3. ג Gimel cum dageſch valet G forte, vt in dictione Gallus, quod in principio dictionis non cognoſcitur proferendo, niſi in medio, vbi propter punctum inſertum quodammodo geminum repræſentat, vt חַגַּי. Sine puncto in ventre G aſpiratum ſeu mol-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

molle, vt in vocabulo Genus. Habet autem Gimel ſuum nomen à gibbo, quem in dorſo gerit, ſicut Camelus, qui dicitur Ebræis גָּמָל.

4. ד Daleth, deducitur à דֶּלֶת, id eſt, porta quam delineat, & quando ponitur in principio dictionis cum puncto in ventre ſonat d forte, vt דָּוִד Dauid, ſic etiam in medio dictionis poſt ſcheua quieſcẽs, alioqui duplex in medio dictionis exhibet, vt שַׁדַּי Schaddai omnipotens. Sed quãdo puncto deſtituitur, ſignificat d molle, vt לְדָוִד Dauidis.

5. ה He nomen ſumpſit à vi, & eſt aſpiratio lenis, qualis apud Latinos eſt H. quando verò finem dictionis obtinet non auditur, nec eſt vllum diſcrimen tunc ab א. vt הָרָה harah, concepit.

6. ו Vau, id eſt, vncinus cuius

figu-

figuram refert, & omnino eam vim habet q̃ V apud Latinos, quæ modò vocalis, modò conſonans eſt. Vocalis quidẽ, quando habet ſchurech in ventre, vt סוס *equus.* רבו *Rabbu, aut holem in capite, quod vocalem o exhibet, vt* טוֹב, שׁוֹר. *Interdum tamen cum puncto cholem conſonantis naturam induit, & tum apex ſuperimpoſitus non eſt proprius literæ vau, ſed alterius abſentis vau deliquium arguit, vt* מִצְוֹת: *erat enim ſcribendum* מִצְווֹת, *& ſic de reliquis.*

Conſonans autem eſt, quando proprium habet punctum ſubſtratum, vt וַשְׁתִּי *Vaſchti,* וֵאלֹהִים *Velohim. Aut in fine dictionis, quando caret omni puncto, vt* פָּנָיו *Panaf, facies eius. Quando etiam Vau præter ſubſtratum punctum, aliud etiam intrinſecus acceſſerit ff gemino æquipollet,*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

pollet, vt צִוָּה mandauit. Extra hos caſus Vau ſemper eſt muta, vel (vt Ebræi dicunt) quieſcens litera, quæ omnia vſus optimus artium omnium magiſter docebit.

7. ז Zain arma ſynecdochicôs vocatur, quòd clauæ figuram exprimat, valetq; z vel s gracile & lene, ita vt veteres per ſd pronunciarint, vt in dictione אֶזְרָע dixerũt Eſdras, non Eſra.

8. ח Sic vocatur à poteſtate, eſtq; aſpiratio fortior & denſior quam ה, idem valens quod χ Græcum, vel ch latinum. Vt חֵל Chel, exercitus. Latini interpretes verterunt eam plerumq; per e in proprijs nominibus, vt pro חַוָּה fecerunt Eua, pro נוֹחַ Noach Noæ, pro חֲנוֹךְ Hanoch, Enoch. Sciendum eſt etiam, quando hæc litera in fine ſcribitur cum pa-

thah,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

thah, tunc pronunciatur poſt ſuam vocalem, quemadmodum in ſyllabarum conſtitutione manifeſtetur.

9. ט *Teth ſimiliter à poteſtate nomen habens, facit t latinorum, non th vt quiddam volunt, vt* טוב *bonũ, habetq́ magnam affinitatem cum* ת*, quando illud dages lene in ventre punctatum fuerit, vt ſæpe vna pro altera ponatur, vt in dictionibus* טָעָה *&* תָּעָה *videre eſt, quæ idem ſignificant errare ſcilicet.*

10. י *Iod à* יַד*, id eſt, ſpatium: nam vbicunq́ ſcribitur, vacuum propemodum in linea ſpatium, præ exiguitate relinquit, valens i conſonantem ſiue habeat punctum ſub ſe, ſiue ſupra ſe, vt* יַד *manus,* יוֹם *dies. De cuius lectione infrà dicemus, vbi de literis* אֶהֱוִי *& quieſcentibus agetur.*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

11. כ Caph appellationem à figura ſortitur, ac ſi incuruam dicas, à כָּפַת incuruauit. Eſtq; duplicis poteſtatis, puncto enim inteſtino prægnans valet c vel κ Græcum, vt כֶּלֶב canis. Sine puncto ch vel χ Græcorum pollet: vt זָכָר memoria. De Caph autem finali ſuo loco.

12. ל Lamed, quia ſola inter literas reliquas in ſcriptura caput ſupernè eleuat: ideo ab Ebræis Regina literarum eſt appellata, & deducitur à מַלְמָד id eſt, ſtimulus, ſeu veru, cui ſimilis eſt, referens L latinum: vt לַיִל nox, חָלַל vulnerauit.

13. מ Mem à poteſtate ſic dicitur, ſicut & Græcis & Latinis. Valet enim M, vt מוּם macula, לָמַר didicit. De Mem finali poſtea agetur.

14. נ Nun ſimiliter à poteſtate

nomen

nomen habens, valet N latinum, vt נָגַן *pulſauit.*

15. ס *Samech, id eſt, continua & in ſe ipſam ducta, à* סָמַךְ *continuauit, valet s ſimplex latinum, vt* סַר *neruus.*

16. ע *Ain, id eſt, oculus, quem figura imitatur. Eſtq; aſpiratio denſiſſima, Græcis & Latinis barbara. Et cum Syllabam finit, quidam pronunciant vt ch vel gh.*

17. פ *Pe à poteſtate: vnde & in alijs etiam linguis idem retinet nomen, & valet φ græcum aut Ph latinum, quando non habet punctum in ventre, vt* פִיר *contritio. Puncto autem grauidum vt P, vt* פִּי *Os. Eſtque diligenter obſeruandum, quòd finalis eius figura nullum vnquam admittat punctum vocale, vt* כַּף *manus.*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

18. צ *Zadde venabulum, quod ſumma parte exhibet. Deriuatur à צוּר venari, Valetq; z latinum, vt צַר latus, niſi quod Diuus Hieronymus voluit illam habere talem prolationem, quæ ſtrictis dentibus & linguæ retractatione (vt fit in tz) ædatur: ſed non eſt nimis ſuperſtitioſè in hac litera inquirendum.*

19. ק *Koph à poteſtate: vnde & Græcis dicitur* κάππα. *Valet enim* κ *Græcum vel k latinum, nec vnq̃ C, in quod à quibuſdam vertitur, vt* קוֹל *Kol, id eſt, vox. Annotauit & Aben Eſra, quemadmodum Lamed supernè emineat ſuper literarum aliarum orbitam, Ita literam Kaph infernè longitudine pedis ſuperare ordinem literarum.*

20. ר *Reſch, id eſt, caput, ob craſſitiem capitis: ſubtilius poteſt exponi*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

*ni pauper, quòd plæriq; careāt facul-
tate rectè proferendi hanc literam.
Valetq; R latinum, vt* צֹרֵר *hoſtis.*

21. ש *Schin vel Sin, id eſt, dens,
quaſi dentata litera, quòd tres den-
tes videatur continere, Habetq; duo
puncta, quorum alterum* יָמִין *vocāt,
id eſt, dextrum, eo quòd in dextrum
cornu literæ Schin ponatur, & tunc
valet ſch, vt* שֵׁם *nomen. Alter verò*
שְׂמֹאל *id eſt, ſiniſter dicitur, quòd in
ſiniſtra parte ipſius ſchin ponatur,
tunc acutiſsimo ſono enunciatur lin-
gua dentibus conſtrictis & coniun-
ctis admota, non differens à prola-
tione ſamech, quod s ſimplex valet,
vt* שָׂשׂוֹן *Saſon, gaudium.*

22. ת *Tau, id eſt, Terminus, quòd
Alphabetum terminet: Ab ordine vo
catur, ſicut Aleph, Hæc litera carens
puncto inteſtino, valet th cum aſpi-
ratione*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

ratione aliqua, quod tamen quidam bleſè pronunciant quaſi s, vel ds, lingua inter paululum diductos dentes inſerta, vt מֵת mortuus eſt. Si verò punctum ei infixum habuerit, ſimplex ſonat, vt תָּם tam, integer.

Tantum de poteſtate & prolatione literarum, quarum aliæ appellationem ab ordine, aliæ à figura, quædam à ſignificatione ſortitæ ſunt, vt ex iam dictis ſatis apparet. Nunc autem quia literarum aliæ ſunt biformes, quæ aliter in fine quã principio & medio ſcribuntur, de illis nunc pauca monebo.

DE LITERIS FINALIBVS.

EX 22 literis ſunt quinq;, quæ ornatus cauſa, pro more etiam reli-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

quarum linguarum, aliter in fine quàm in principio & medio ſcribuntur, nihil tamen propter hoc, variata earundem poteſtate. Comprehenſæ autem ſunt hæ quinq; literæ memoriæ cauſa in dictione מְנַצְפַּךְ. *Vſitatum eſt enim in Ebræa Grammatica literas aliquas, quæ peculiarem vſum in ea præſtant, alicui dictioni memoriæ cauſa includere. Cũ itaq; hæ literæ in fine dictionis collocatæ fuerint, tum vel extenduntur inferiores earum partes, vt fit in Caph, Nun, Pe, Zade: vel clauduntur, vt in mem accidit. Hæc omnia in ſubiectis exemplis patebunt.*

ם *in fine clauditur, vt* פָּנִים *facies.*

ן	*in fine deorſum* extendunt caudam, ut	נָתַן	*dedit.*
ץ		צִיץ	*flos.*
ף		כֶּסֶף	*argentum.*
ך		מֶלֶךְ	*rex.*

Reliquæ

Reliquæ ſeptendecim literæ Al-
phabeti eodem modo in omnibus lo-
cis, principio, medio & fine ſcribun-
tur, quas ideo vniformes appellare
licebit.

Eſt etiam hoc loco diligenter ob-
ſeruandum, quod Mem clauſum vel
finale ſemel in ſcriptura Eſaiæ cap:
9. contra vſum linguæ in corpore di-
ctionis reperiatur, idq; in dictione
לְםַרְבֵּה id eſt, ad multiplicandum
imperium eius, ſcilicet Meßiæ: quod
putant non vacare myſterio. Ac iu-
dico veram interpretationem Luthe-
ri eſſe, qui oſtendit ſignificari per
hoc Mem clauſum, poſitum hîc in di-
ctionis corpore, fore, vt Iudæis excæ-
catis regnum Chriſti & eius multi-
plicatio ſit clauſum et abſconditum,
qui longè alia ſomnia de ſuo Meßia
habent, quam ab Eſaia deſcribitur.

Putant

Putant enim ſuum Meßiam fore regem externum & mundanum, qui latè per totum terrarum orbem ſit dominaturus. Locus autem contrarius eſt Nehemiæ cap: 2. in vocabulo הֵמ vbi Mem non quemadmodum in fine, ſed principio aut medio ſcriptum reperitur.

Eſt & hoc obſeruandum, quaſdam literarum figuras diduci ſolere, idq; eam ob cauſam: Quando Ebræi in ſcribendo peruenerunt ad finem lineæ, ſuperfueritq; aliquod vel minimum ſpacium, ita vt vel vacuam illam partem relinquere, vel dictionem aliquam diuidere cogantur, vt quædam illius literæ in fine huius & aliæ in principio ſequentis lineæ ponendæ ſint, tunc inquam vtriq; incommodo duplici ratione occurrunt: Aut enim in fine illius lineæ dictio-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

nis vnam & alteram literam ſine punctis collocant, integramq́; nihilominus dictionem ab initio alterius lineæ ſcribunt: Aut ſi hoc facere non velint, tum aliquas literas diducunt & protrahunt, ita vt linea expleatur, veluti ſunt hæ, א ה ם ת, & ſimiles, quibus iſta diductio accidere poteſt.

Tantum de primo capite.

CAPVT SECVNDVM.

De ſimilitudine quarundam literarum.

SVnt quædam literæ in Alphabeto, quæ maximam ſimilitudinem inter ſe habent, & quæ prima fronte videntur eſſe eiuſdem figuræ, ac ſi

obiter

obiter aſpicias, facilè aliam pro alia agnoſcas non ſine periculo & iactura rerum. Sed ſi penitius inſpiciantur, habent ſuas certas notas, quibus diſcerni poſſunt.

Ne igitur ex ſimilibus literis vnam pro alia temerè accipiamus & legamus, earum differentias oſtendemus, conſtituentes quaſi ſex claſſes ſeu ordines ſimilium literarum.

Diſcrimen ſimilium literarum primi ordinis.

In primo ordine ſunt ב כ נ, quæ facile à ſe inuicem diſcernuntur hoc modo.

ב Accedit propius ad figuram tetragoni aut quadrati, cui vnum latus deeſt, & habet præciſum & rectum dorſum.

כ Habet figuram rotundiorem,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

vel dorſum rotundum & paululum gibboſum, eſtq; ſimilis C inuerſo.

נ *Nun, vtraq; litera minor eſt proportione, quo ad duas illas tranſuerſas lineas ſuperiorem & inferiorem attinet: nec facilè quiuis errare in illa poterit.*

Diſcrimen ſimilium literarum ſecundi ordinis.

In hoc ordine ſunt דרוך, *quæ ita diſcernuntur:*

ד *Daleth conſtituit ferè angulum rectum inſtar gnomonis.*

ר *Reſch ceruicem rotundiorem habet, non conſtituens angulum rectum.*

ו *Vau tenuior eſt quàm reſch et daleth.*

ך *Caph finale lineam deſcendentem longiuſculam, quæ infra dictionem*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

nem, in qua ſcribitur, dimittit. Præterea Caph finale recipit punctum ſcheua, quo facile à Daleth diſcerni poteſt.

Diſcrimen literarum ſimilium tertij ordinis.

In hoc ordine ſunt ה *he, &* ח *chet, quæ hoc modo ſunt diſcernendæ.*

ה *He ſuperius non eſt vndiq; clauſum, quia ſiniſter pes ſuperiori lineæ non coniungitur, quæ etiam aliquanto prominet.*

ח *Chet ſuperius vndiq; eſt clauſum, nec coniungentem lineam extendit vltra parallelas, & nihil prominet.*

Diſcrimen literarum ſimilium quarti ordinis.

Ponuntur in hoc ordine Iod י.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Zain ז, & *Nun* ן *finale, quas ita diſcernes.*

Iod י *tantum habet caput ſine pede vel deſcendente linea.*

ז *Zain ex medio capitis dimittit lineam deſcendentem.*

ן *Nun finale etiam ex medio capitis dimittit lineam deſcendentem, ſed eam infra dictionem prolongat.*

Diſcrimen literarum ſimilium quinti ordinis.

Duæ ſunt literæ in hoc ordine, quæ videntur magnam ſimilitudinẽ habere, videlicet ס *Samech,* & ם *Mem finale.*

ס *Samech habet figuram rotundiorem ſimilem 6 inuerſo.*

ם *Mem finale magis accedit ad figuram quadrati.*

Di-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Diſcrimen literarum ſimi-lium ſexti ordinis.

In hoc vltimo ordine ſunt tantum duæ literæ ferè ſimiles, ף Pe finale, & ת Thau, quæ ita diſcernuntur.

ף Pe finale, præcisè in ſiniſtra lineæ ſuperioris parte coniungitur ei punctus, qui introrſum ſpectat, nec coniungentem vltra ſiniſtram parallelam extendit.

ת Thau verò in ſiniſtra parallela pedem habet extrorſum ſpectantem & coniungentem extendit vltra ſiniſtram parallelam.

Hæc ſint dicta de literarum quarundam ſimilitudine, quam ideo diligenter obſeruare debent, qui primum hanc linguam diſcunt, ne per errorem alteram pro altera capiant,

vnde poſtea ſequuntur multa incommoda, vt apparet in translationibus & verſionibus Bibliorum, quemadmodum ex multis vnico exemplo monſtrabo, & declarabo. Pſalmo quarto verſu ſecundo ſic Ebraicus textus habet: בְּנֵי אִישׁ עַד־מֶה כְּבוֹדִי לִכְלִמָּה:, id eſt, Filij viri herois, quamdiu gloria mea ad ignominiā vobis erit. Græcus interpres vertit, υἱοὶ ἀνθρώπων ἕως πότε βαρυκάρδιοι. Sanctus Hieronymus ſic transfert: Filij viri vſq; quo inclyti mei &c. Et in vulgari verſione habetur, Filij hominum vſq; quo graui corde. Hîc perſpicuum eſt interpretem noſtrū, quiſquis fuerit, erraſſe, & beth pro caph legiſſe, & quod amplius eſt, dictionem vnam in duas diuiſiſſe, Nam pro לִכְלִמָּה (quod ad ignominiam ſonat) legiſſe לֵב לָמָּה (quod

cor

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

cor vtquid ſignificat) Ideo vbi Hieronymus ignominioſè vna dictione, ibi, corde vtquid, ille duabus tranſtulit. Et quod Ebræus כְּבוֹדִי, noſter, graues. Hieronymus, glorioſi mei ſeu inclyti mei reddidit: nam gloria Ebræis, eodem penè verbo ſignificatur, quo grauitas.

CAPVT TERTIVM.

DE PVNCTIS VOCALIBVS.

CVm Ebræi inter literas (quæ omnes conſonantes ſunt) non habeant vocales more Græcorum Latinorumq́;, et propterea Ebraica ſcriptura difficulter legi poßit ſine punctis, quæ ipſi motiones vocant: neceſ-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

ſe eſt quàm primùm figuras, nomina ac poteſtatem literarum didiceris, ſtatim etiam Punctorum vocalium nomina, figuras ac poteſtatem diſcas, & quomodo ex illis literis & punctis ſyllabas, & ex his dictiones conſtituant, id quod ex hoc & ſequenti capite facilè diſcere poteris. Sunt autem puncta vocalia duodecim, nouem ſimplicia, de quibus nunc ordine dicemus, digerentes ſecundum ordinem vocalium noſtrarum a e i o u y: & tria compoſita, vt ex ſequentibus patebit.

1. Kametz eſt virgula recta, ſed quæ in medio habet punctum ad hunc modum ָ, valetq; a obſcurum, medium inter a & o, quaſi a mixtum cum o, vt in dictione Brachmonat, Et habet nomen à קָמַץ, id eſt, collegit, contraxit in arctum,

quod

quod in pronunciando os quodammodo colligatur.

2. Pathach eſt virgula recta infra literam ſic -, (Nam ſupra literam poſita Raphe vocatur, intra dictiones verò Makaph, quemadmodum poſtea videbimus) Et valet a clarum, vt in dictione Germanica, **ſagen**/ *pronunciatur autem aperto ore, vnde quoq; nomen habet. Nam* פָּתַח *id eſt, aperuit.*

3. Zere ſunt duo puncta ſub litera in hunc modum .., valentq; e gracile & rotundum, quemadmodum effertur e latinorum in Lego, Deus. Et putant ſic appellari à צֵיר, *id eſt, cardine, quia ſtringit os & erumpit inter dentes, ſicut porta gyrat ſuper ſuis cardinibus.*

4. Segol ſunt tria puncta in hunc modum ∵, & habent illam pro-

latio=

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

lationem apud Ebræos, quam apud Latinos æ diphthongus, aut quale auditur in prolatione ſemiuocalium latinarum, aut cum e in vna ſyllaba præcedit ſemiuocalem, vt in dictione Eſſe, vt אֶרֶץ æræts. Habetq; Segol à forma ipſa nomen, quia refert auream bullam, qualem reges ex collo pendentem geſtant tribus gemmis aut vnionibus triangulari forma ornatam, quæ repreſentat ſanctam Trinitatem. Et populus Dei vocatur hoc nomine Malach: 3. Item Exod: 19. capite, וִהְיִיתֶם לִי סְגֻלָּה מִכָּל הָעַמִּים כִּי לִי כָּל־הָאָרֶץ׃ Eò quod ſit tanquam monile dependens in pectore Dei. Ideo etiam hæc vox habet tria puncta, quia Eccleſia conſiſtit in trinitate, in Patre, Filio & Spiritu ſancto.

5. Chireck dicitur punctũ vnum

ſub

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

ſub litera valens i. Eſtque duplex apud Ebræos, vel longum, quando proximè præcedit literam Iod hoc modo, אִישׁ vir. Vel breue abſq; Iod, quod aliam potius quamuis præcedit literam, vt אִשָּׁה mulier. Et habet nomen à ſtridore dentium quo effer-tur.

6. Cholem quoq; vnum eſt pun-ctum, quod ſemper ponitur ſupra li-teram, et interpretantur perfectum, quia plenè ſonat o, Incumbitq; literæ vau tanquam baſi, Hac autem ſub-tracta, ſcribitur ſupra verſum, inter capita ferè coniunctarum literarum, & cum antecedente litera ſyllabam efficit, vt קוֹדֶשׁ ſeu קֹדֶשׁ ſancti-tas.

7. Scheua ſunt duo punctelli in hunc modum literæ alicui ſubſcripti ᵃ, & valent e raptum & breue.

Ha-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Habet autem ſcheua nomen ab æquando, שָׁוָה enim adæquatus fuit, quia æquus miniſter ſit omnium ferè punctorum, & ſi legi contingat, quàm minimi eſt temporis. De hoc poſtea plura.

8. Schurech punctum iuxta ſolam literam Vau, valet u, vt קוּמוּ ſurgite. Et habet nomen à שָׁרַק ſibilauit, quòd cum ſibilo pronuncietur. Vocatur etiam alio nomine Melopum, quòd plenò ore & quaſi collectis labijs pronunciatio eius fiat. Eſt etiam memoria recolendum (cuius ſupra mentio facta eſt) quod Vau illo, præter ventrale punctum etiam aliud ſubiectum punctum gerente, gremio eius inditum punctulum non eſſe ſchurech ſed dageſch, neq; denotare V vocalem literam, ſed potius vau per duplex ff pronunciandũ, vt צַוֵּה præcipe.

9.kyb.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

9. Kybbutz ſunt tria puncta ſubalternatim poſita infra lineam hoc modo ֻ, vnde à forma grammatici Ebræorum שָׁלֹשׁ נְקוּדוֹת*, id eſt, tria puncta ſcilicet ſcalaria vocant, valentq́ vocem mediam inter u & i, quale Galli v proferunt, vt* אֻב אֻג אֻד *yb, yg, yd. Habet autem nomen à cõgregandis labijs: Nam* קִבֵּץ *congregare ſignificat, quia ad prolationem eius neceſſaria eſt collectio & plicatio labiorum.*

Puncta compoſita tria.

Compoſita puncta dicuntur Kametz, Patach, Sægol, quando cum ſcheua componũtur hoc modo: ֱ ֲ ֳ *Vocanturq́ Catephata, id eſt, rapta, eò quòd propter ſcheua ſibi adiũctũ, celerius proferri & raptim legi debeant.*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

beant. Scheua enim quando compo-nitur cum his tribus punctis mutat nomen ſuum, diciturq; Kateph (à חָטַף quod rapere, & valde breuem eſſe ſignificat) vt Katephkametz & non Scheuakametz, & ſic de alijs.

Notandum etiam eſt hoc loco de figura Kametz Chatuph (quæ nihil aliud eſt quã ipſum ָ:) duo punctula non perpetuò aſcribi, ſed nudam figuram Kametz, quæ à ָ magno plurimùm quidem differt quantitate & pronũciatione, ſed non forma. Idq; accidit quoties nullo interiecto accentu, continuò ſequitur ſcheua, illudq; aut expreſſum aut ſubintellectum, vt fit ſub vltimis literis, & ijs quæ per Daghes forte veluti geminantur. Tunc enim ſatis conſtat Kametz eſſe raptum, tametſi

ſine

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

ſine punctis illis duobus pingatur: quãdoquidem ante Scheua, Kametz (niſi accentu fultũ) longè proferri nõ poteſt. Exemplo ſit קָרְבָּן Korban, id eſt, oblatio. רָנּוּ Ronnu, id eſt, canite: הֶבֶל כָּל־־אָדָם Omnis homo eſt vanitas.

Porrò quod ad naturam punctorum attinet, alia dicuntur magna, id eſt, longæ vel productæ quantitatis. Alia ſunt parua, id eſt, correpta & breuia.

Alia nullius ferè quantitatis, vt iam patet.

Puncta vocalia alia
- Longa אָ אֵ אִי אֹ אוֹ אוּ
- Breuia אַ אֶ אִ אָ אֻ
- Nullius ferè quantitatis ◌ֱ ◌ֲ ◌ְ

Situs vel collocatio punctorum in eo eſt, quod quædam capiti litera-

rum imponantur vt cholem hoc pa-ćto, אֹ בֹ.

Alia ventri inſerantur vt ſchu-reck וּ.

Reliqua omnia literis ſubijciun-tur.

Hæc de punctis vocalibus bre-uiter monuiſſe in hoc loco, ſat eſt, quæ Iudæi fingunt ab hominibus re-cens inuenta eſſe, quod prorſus eſt falſiſsimum. Si enim hoc verum eſſet, nulla eſſet Chriſtianæ doctri-næ certitudo. Valeant igitur Ra-bini cum ſuis opinionibus, & nos cer-tò ſtatuamus ſacram ſcripturam in-tegrè non tantum conſonantibus, ſed etiam vocalibus inde ab initio ſcri-ptam eſſe, cui ſententiæ vt veriſsi-mæ multi ſaniores acquieſcunt.

CAPVT

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

CAPVT QVARTVM.

DE CONSTITVTIONE SYLLABARVM.

HActenus & literarum & punctorum vocalium rationem expoſuimus: nunc operæprecium eſt, vt & de ſyllabis, quæ ex vtrisque coniunctis formantur, aliquid dicamus.

Syllaba igitur eſt comprehenſio vnius vel plurium literarum, accedente aliquo vocali puncto, quemadmodum ſequentes monſtrant Regulæ.

Regulæ de ratione colligendi literas ad certam ſyllabam.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

I.

Qualemcunq; ſyllabam combinare velis, neceſſe eſt vt initium faciat litera, & deſinat in vocalem vt מֶלֶךְ*, vel (ſi pluribus conſtet literis) prior litera principium, punctũ mediũ, poſterior verò litera finẽ prolationis cõſtituat, vt* צוֹם*. Hãc regulã ſolum Chet & Ain tranſgrediuntur, Quæ ſi finem occuparint dictionis, et habuerint ſub ſe patach, prius ſonabit punctum, poſtea literam, vt* רוּחַ *proferimus Ruach non Rucha, ſic* שׁוֹמֵעַ *Schomeach, non Schomeha. Et ob nullam aliam cauſam fit, niſi vt earum literarum aſpiratio fortius exprimatur.*

II.

Longa puncta cum ea ſolum connectuntur litera, intra dictionis complexum, cui ſunt ſubiecta, non etiam

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

etiam cum ea quæ à tergo ſequitur, vt שָׁמְרוּ cuſtodiuerunt. Vel: Longæ vocales conſtituunt integrum tempus, ideoq; ſyllabam abſoluunt in principio & medio dictionis.

III.

Breuia puncta, quia integrum tempus non conſtituunt, præter literam, cui ſunt ſubiecta etiam à tergo proximè accedens elementum, ad conſtituendam ſyllabam aſſumunt, vt הִפְקִיד, viſitare fecit.

IIII.

Omnis litera quæ in dictionibus poſtrema eſt, ſi nullo pronunciandi puncto conſignatur, ad illius elementi punctum vocale eſt referenda, quæ proximè anteceſſit, ſiue breuis ſit, ſiue longa, vt אָכַל comedit. אָדָם Adam.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

In ſumma.

In omni dictione tot ſunt ſyllabæ, quot in ea fuerint vocales. Sed diligenter cognoſcendum eſt, quæ literæ ſeu conſonantes ad quam vocalem ſint referendæ, id quod prædictæ regulæ oſtendunt. Iam coniungamus literas & puncta, vt ex ijs ſyllabæ conſtituantur, quarum aliæ ſunt ſimplices, aliæ compoſitæ. Simplices ſyllabæ ſunt quæ conſtant vnica litera & puncto, vt: אֲ אֵ אִ אוֹ אוּ אָ בָ גָ דָ הָ *&c. Aliæ compoſitæ, quæ duabus vel pluribus literis, intercedente puncto, efferuntur: vt* מוּם סוּס צִיר קִיר גּוֹג יַשְׁקְ.

Exemplum lectionis ex octauo capite Amos.

הִנֵּה יָמִים בָּאִים נְאֻם אֲדֹנָי יֱהֹוִה
וְהִשְׁלַחְתִּי רָעָב בָּאָרֶץ לֹא רָעָב לַלֶּחֶם
וְלֹא צָמָא לַמַּיִם כִּי אִם־לִשְׁמֹעַ אֵת ד
דִּבְרֵי יְהֹוָה׃ וְנָעוּ מִיָּם עַד־יָם וּמִצָּפוֹן
וְעַד־מִזְרָח יְשׁוֹטְטוּ לְבַקֵּשׁ אֶת־דְּבַר י
יְהֹוָה וְלֹא יִמְצָאוּ׃

Notandum etiam eſt, nunquam puncta vocalia abſq; conſonantibus in Lingua ſancta reperiri, præter in vnica dictione יְרוּשָׁלַםִ, *in qua ponitur Chirech abſq; conſonante Iod. In hoc nomine vrbis aliquid myſterij ſuperſtitio Iudæorum excogitauit. Dicunt enim inter Lamed et Mem Iod literam deſiderari, cuius index eſt punctus Chirech. Cumq; Iod vna ſit ex quatuor elementis nominis Iehouah* יְהֹוָה, *aiunt eam ex hoc nomine vrbis ſubtractam, eò quòd nunc Idololatris & Impijs Mahometiſtis occupetur, reſtituendam verò tempore*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Meſsiæ, qui omnem Iſraëliticam terram repurgabit ab iſtis quiſquilijs & impuritatibus. Sed hæc tantum ſunt Iudæorum ſomnia.

Alij duplicem Hieroſolymam notari exiſtimant, quarum illa cœleſtis eſt, adhuc reuelanda expectatur &c. Ideoq; Iod in hac dictione occultari dicunt.

CAPVT QVINTVM.

DE LECTIONE SCHEVA.

IN præcedēti capite docuimus quomodo ex literis & punctis ſyllabæ ſunt conſtituendæ, & quomodo diſcentes lecturam ſanctæ linguæ inchoare & inſtituere debent, Iam au-

tem

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

tem quia punctum ſcheua in legendo ſæpe remoratur diſcentes, quia nunquam ſui iuris eſt, ſed omnium punctorum ſeruus & miniſter, & aliquando legitur, interdum quieſcit, interdum etiam mutatur: Non abs re fore exiſtimaui, ſi ſtatim poſt ſyllabarum combinationem, de hoc puncto agerem, ne curſum lectionis impediat. Primo itaq; regulas tradam, quæ monſtrant, vbi & quando ſcheua ſit legendum. Secundo, quando muteſcit & non pronunciatur. Tertio, quomodo in aliud punctum mutatur, breuiter oſtendam.

Regulæ lectionis Scheua.

I.

Omne ſcheua ab initio dictionis poſitum legi debet, vt בְּרֵאשִׁית, *In*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

principio. Sed nota quòd raptim legatur, ita vt vix poſsit audiri, vt in dictione germanica **gſungen/ gſagt.**

II.

Scheua legitur quando ipſum mox ſequitur litera gutturalis, aliàs enim gutturalis non audiretur, vt מַלְאָךְ *angelus.*

III.

Omne ſcheua poſt longas vocales collocatum, proferri debet, vt שָׁמְרוּ *cuſtodiuerunt,* אָמְרָה *dixit fœmina Longa enim vocalis quum per ſe vocem terminet, quæ ſtatim à tergo litera ſubſequitur, nouam cum ſuo puncto ſyllabam inchoet, neceſſe eſt. Si autem vocalis longa fuerit notata accentu, non legitur ſcheua, vt* סְפוֹדְנָה *Sephodna.*

Omne

IIII.

Omne ſcheua ſub litera punctellum Dages (de quo in ſequenti capite) in ventre habente, legitur, vt פִּקְדוּ *viſitarunt.*

V.

Quando ſcheua ſcribitur ſub litera quæ immediatè duplicatur, & conſimilis eſt figuræ, ſi prior ſcheua notatur, id ſonabis vt הַלְלוּ *laudate. Si verò ſcheua eſſet ſub ſecunda non legeretur.*

VI.

Si duo ſcheua in medio dictionis concurrunt, prius, quum ad præcedentem vocalem pertineat, ſilet. Alterum verò quia ſubſequentis initium ſyllabæ eſt, proferri debet, vt יִשְׁמְרוּ *cuſtodient.*

VII.

Sed quando duo ſcheua in fine ali-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

alicuius dictionis inueniuntur, v-trumq; quieſcit, vt יֵשְׁתְּ *bibet.*

Hæ ſeptem regulæ facilè docent quando ſcheua legitur, et quando quieſcit, quæ vt melius memoriæ mandari poſsint, hoc diſticho comprehendam:

Principiũ, guttur, uox lõga, dages, quoq; duplex,
Poſteriuſq; ſcheua, ſed fine quieſcit utrumq;.

Regulæ de Scheua quieſcente.

I.

Poſt vocalem breuem ſcheua non legitur, niſi ſequitur litera gutturalis, vt מַבְדִּיל.

II.

Si intra dictionem duo ſcheua inueniuntur, primum quieſcit, alterum mouetur, vt אֶשְׁמְרָה.

III.

In

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

In fine dictionis etiam duplicatum non legitur, vt שָׁמַרְתְּ.

Regulæ mutationis Scheua.

I.

Si ab initio duo ſcheua concurrunt, primum regulariter mutatur in Chireck, vt vbi fuerat dicendum לְמְלָכִים, *dicitur* לִמְלָכִים. *Sic pro* בְּשְׁמוֹר *dicitur* בִּשְׁמוֹר.

II.

Si duo ſcheua à principio dictionis fuerint, & alterum ſub Iod poſitum fuerit, vtrumq; in vnum chireck mutatur, vt pro וְיְרוּשָׁלַםִ *dicitur* וִירוּשָׁלַםִ. *Sic pro* וְיְהוּדָה *dicitur* וִיהוּדָה, *& ſic de alijs.*

Hæc de ſcheua monuiſſe ſat eſt, Pergamus ad reliqua.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

CAPVT SEXTVM.

DE DAGES ET RAPHE.

RElíquum eſt adhuc punctulum vnicum, videlicet Dages, quod etſi ad conſtitutionem ſyllabarum nihil habeat momenti: tamen quatenus lectioni informandæ inſeruit & conducit, hoc loco commodè eius mentio facienda eſſe videtur, ne quid quod lectionem ſynceriorem promoueat & iuuet, ſilentio prætereatur. Eſt igitur Dages punctulus, qui in ventrem literarum inſeritur hoc pacto בּ, literæ prolationem aliàs lenius, aliàs fortius intendens & corroborans. Eſtq; duplex, non quo ad figuram, ſed quo ad poteſtatem. Aliud

forte,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

forte, aliud lene, quorum hæc ſunt diſcrimina.

Dages forte quod כָּבָר *vocant, habet locum in omnibus literis Alphati, exceptis* אהחע *&* ר*, & literã in qua ponitur geminam efficit in potentia, vt* דִבֵּר*, ac ſi eſſent duo* ב*. Et ſemper ſequitur vocalem paruam nunquam magnam ſequitur, niſi accentuatam, vt* לָמָּה *quare.*

Dages lene quod קַל *vocant literam in qua ponitur, fortificat, ſed non geminat, & ſolum habet locum in his ſex literis* בגדכפת*, idq; duobus tantum modis. Primum quando hæ literæ principium dictionis occupãt, vt* בְּרֵאשִׁית*. Deinde quando hæ literæ in medio dictionis poſt ſcheua quieſcens veniunt, vt* וַיַּבְדֵּל *& diuiſit.*

Ab initio dictionis ſemper hæ

literæ

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

literæ dageſſantur, niſi impediantur per aliquam cōtinuatam dictionem, cuius vltima litera ſit vna ex literis quieſcentibus אֶהֱוִי, vt אֲנִי בוֹרָא, Ego creo, Eſai. 65.

In ſumma.

Omne Dages in prima dictionis litera, & in medio poſt ſcheua mutum lene dicitur: eò quòd præter intentionem ſoni literæ, cui inſertum, nihil ſignificet aliud. Reliqui verò in locis poſitum forte vocatur, quia præter illam intentionem aliquid aliud deſignat, quod non eſt huius loci recenſere. Eſt etiam aliud punctum figura & ſitu huic perſimile, videlicet Mappik, ſed officio diuerſum. Vocatur enim Mappik, id eſt, educens ſiue proferens, quòd literas alioquin quieſcentes, proferendas eſſe doceat: ſoletq; inſcribi dua-

bus

bus tantum literis ה vt אֱלֹהַּ, Deus, & Iod, quoties poſt Chirek paruum legitur, vt צִיּוֹן. Hactenus de puncto Dages. Iam quid ſit Raphe videamus.

Raphe eſt virgula, quæ ſupernè literis dages carentibus olim imponebatur, hoc modo בֿ, ita vt reſoluat & mollificet prolationem literarum. Nunc breuitatis & compendij gratia prætermittitur in ſcribendo, extrinſecus verò intelligitur impoſita, vnde hæc regula tenenda eſt.

Quocunq; in loco vnam ex his literis בְּגְדְכְּפְּתְ ſine dages inueneris, etiamſi actu Raphe non fuerit appoſitum, tamen ita legas, ac ſi Raphe adeſſet ſcriptum.

De prolatione harum literarum vide primum caput huius libelli, quæ ibi ſatis clarè & perſpicuè traditur.

E CA-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

CAPVT SEPTIMVM.

DE DIVISIONIBVS literarum, quatenus lectioni aut pronunciationi earum prædictæ ſeruiunt.

DIuiſiones literarum paulò plures ſunt, ſed ſufficiũt præcipuæ.

Prima diuiſio.

Ex præcedenti capite colligitur totum Alphabetum, trifariam diuidi poſſe, hoc modo: Quædam literæ nunquam recipiũt dages, ſunt enim ſua natura ſpiritales & molles, nimirum אהחער. *Quædam non recipiunt raphe, ſed punctum dages forte admittunt, vt ſunt* קצטסש כוזלים.

Aliæ vtriuſq, diuerſis tamen

locis

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

locis & temporibus ſunt capaces, vt בגרכפת.

Secunda diuiſio.

Quinq; ſunt organa vocis ſeu loquutionis, quibus vox articulata poßit effici, ſecundum quæ diuidunt Ebræi Alphabetum in quinque partes.

1. *Quædam enim literæ ſunt* הַגָּרוֹן, *id eſt, ipſius gutturis: comprehenduntурq; hac voce memoriæ gratia ita confictæ* אֲהָחַע.

2. *Aliæ ſunt* הַחֵיךְ, *id eſt ipſius palati hac voce comprehenſæ* גִּיכַק.

3. *Aliæ* הַלָּשׁוֹן *ipſius linguæ, vt quæ huic includuntur vocabulo* דַּטְלְנַת.

4. *Aliæ verò* הַשִּׁנַּיִם *ipſorum dentium, hac voce comprehenſæ,* זְכַשְׁרַץ.

5. *Aliæ poſtremo literæ ſunt* הַשָּׂפָה

 id

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

id eſt, labij quæ in hac dictione בּוּמַף comprehenduntur. Hæc quinq; vocis organa hoc diſticho complecti ſoleo:

Guttur, Pallatum, Lingua & Dens ſunt quoq; labra
Inſtrumenta, quibus uox articulata ſonabit.

Aßignantur autem hac diuiſione ſingulæ literæ ei vocis inſtrumento, cuius opera, dum pronunciantur, maximè indigent & nituntur.

Hæc diuiſio non tantum vtilis eſt ad id, vt cognoſcas quo inſtrumento quæq; litera in prolatione opus habeat: ſed etiam eò conducit, vt ſcias mutuum eſſe ſymboliſmum earum literarum, quæ vnius ſunt inſtrumenti, ita quòd facilè inter ſe commutentur: vt בִּזַּר & פִּזַּר idem ſignificant, videlicet diſperſit vehementer. Sicut & hæc tria עָלַס עָלַז עָלַץ eiuſ-

eiuſdem ſunt ſignificationis, videlicet exultauit, exilijt præ gaudio. Sic רָבִיל & רָגִיל, *id eſt, delator.*

Tertia diuiſio.

Literarum aliæ ſunt נָחוֹת *quieſcentes, vt quæ continentur dictione hac* אֶהֱוִי *ſic dictæ, quòd niſi proprio nitantur puncto, inter legendũ earum ſonus ferè ſupprimatur, ſeu potius nullus ſit. Hæ igitur literæ maximum impedimentum inter legendum afferunt, quod tamen caueri poteſt, ſi diligenter attenderis vbi ceu per ſyneresin in præcedente longa vocali contractæ, quieſcunt, de quibus ordine aliquid dicemus.*

א *in medio & fine quieſcit, ſi nō punctatur, et niſi habeat vocalem ſubſtratam quieſcit in voce præcedente, vt* קָרָא, *vocauit. Nonnunq̃*

etiam in ֶ & ַ , vt יִזְרֶעֶאל *Izreæl,* לִקְרַאת.

ה *in fine tãtum dictionis, quan-do non punctatur, quieſcit, vt* חָכְמָה *ſapientia.* עָשָׂה *fecit. Sic etiam poſt Segol & zere, vt* מֹשֶׁה *Moſes,* רְאֵה.

ו *litera tam in medio quam in fine, cum habet Cholem in capite, præcedente conſonante ſemper qui-eſcit, vt* קוֹם *ſurrexit* דְּבָרוֹ*, verbum eius. Quando verò ſine puncto fue-rit, legitur, vt* דְּבָרָיו *verba eius.*

Quarta litera eſt Iod, quæ in me-dio dictionis ſine punctis ſemper quieſcit, vt אֵיפָה*. Sic in fine etiam ſimiliter muteſcit, vt* אַשְׁרֵי*. Sed ſi antecedit vnum horum quatuor pun-ctorum* וֹ וּ ַ ָ *in vnam ſyllabam co-aleſcit, & ſemper legitur, vt* אֲדֹנָי *Dominus.* אֵלַי *ad me.* גּוֹי *gens.* אָשׁוּי *factus.*

Hæ

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Hæ ſunt illæ quatuor literæ quieſcentes, quæ impedimentum lectioni aliquando afferunt, quæ non ſolum quieſcunt proprio puncto deſtitutæ, Sed etiam ſæpenumero planè abſunt à dictione, & in longa punctatione abſcōditæ quieſcunt, multis interim in locis παραγογικῶς *vocibus adijciuntur. Frequentiſſimè etiam communionem quieſcendi inter ſeſe commutantur, vt Pſalm.4.* נְסָה *pro* נְשָׂא *leua. Sic* קָרָא & קָרָה *occurrit, obuiam factus eſt.*

Quarta diuiſio.

Eſt & alia literarum diuiſio, quæ etſi non pronunciationi earum ſeruit, ſed ex vſu & miniſterio deſumitur: tamen non inutile eſt eam diſcentibus inculcare. Fit autem hoc modo: Diuidunt Ebræi totum Al-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

phabetum vltra iam datas diuiſiones, in duas æquales partes. Vndecim namq; literas vocant Radicales ſeu eſſentiales, quòd ſcilicet non habeant aliquod miniſterium, ſed vbicunq; reperiantur in dictione aliqua, de radice, id eſt, themate eius eſſe, certò ſcias: Et ſunt hæ, ג ד ז ח ט ס ע פ צ ק ר: Reliquæ verò vndecim א ב ה ו י כ ל מ נ ש ת dicuntur ſeruiles vel famulantes, quòd interdum certis locis poſsint ſeruire tàm verbis quàm nominibus in formatione temporum, numerorum, generum, coniugationum &c. Et poſſunt hæ literæ memoriæ gratia hac oratione cōprehēdi, מֹשֶׁה כָּתַב אֵלֵינוּ id eſt, Moſes ſcripſit ad nos. Sed quæ ſint ſingula harum literarum officia, alibi explicanda ſunt, nos tantum in hoc libello ſpectamus ea, quæ

ad

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

ad facultatem legendi ſanctæ lin-
guæ tyroni ſufficere arbitramur.

CAPVT OCTAVVM.

DE ACCENTIBVS.

SVnt Ebræis multa accentuum & Proſodiarum ſigna, partim infra verſum, partim ſupra poſita, quibus triplex officium tribuerūt. Primum namq; oſtendunt ſyllabas eleuandas vel deprimendas, vt & Græcorum accentus. Deinde inſeruiunt cantillationi Iudaicæ. Poſtremo orationem in ſua membra diuidunt. Tametſi autem triginta ſint accentus, vt apud Munſterum in conſumato opere videre licet: Tamen quatuor ſunt qui frequentius vſurpantur in

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

poſtremo officio, hoc eſt, qui orationem diſtinguunt in commota, cola & periodos, quorum notas, nomina & poteſtatem tyronibus obſeruaſſe ſatis eſt, cuiuſmodi ſunt qui ſequuntur.

Primus dicitur רְבִיעַ, eſtq; punctulus vnicus inſtar Cholem, craſſius tamen & ponitur ſuper medium corpus literæ, differt enim hic ab illo quantitate & ſitu. Reuia enim aliquantò craſſior eſt ipſo Cholem. Deinde ſolet poni in medio corpore literæ: hoc pacto ב֗. Cholem verò inter duas literas ponitur, ita vt ab Aben Eſra dicatur, רוֹכֵב עַל שְׁתֵּי אוֹתִיּוֹת, id eſt, equitans ſuper duas literas hoc pacto בֹן. In hoc accentu lector primum lectionem quaſi ſuſpendere & reſpirare debet. Eſt enim primi membri ferè diſtinctio, ſeu colon,

aut

aut comma. Latinis appellatur ſub-diſtinctio.

Secundus זָקֵת קָטוֹן*, id eſt, Erector paruus, ſic dicitur à figura, quæ conſtat erectis punctis: Eſt enim figura eius non alia quam ipſius ſcheua, niſi quod ſupra capita literarum collocatur, quemadmodum contrà ſcheua literæ ſubſternitur, Conſtituitq; colon ferè, Latini diſtinctionem vocant.*

Tertius dicitur אַתְנָח*, ſiue* אַתְנַחְתָּא*, i: Reſpiratio, quia cum mēbra ferè diſtinguat, neceſſe eſt in eo longius reſpirare, cuius figura talis eſt* ^ *, quaſi ſemicirculus ex puncto dependens infra literam eius dictionis, in qua tertiò lectori ſpiritum attrahere licet. Et ponitur plerumq; in medio verſu, quia hoc accentu Ebræi ſententiam in duas medietates diui-*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

diuiſerunt. Latinis membrum dicitur.

Quartus appellatur סות פָּסוּק, *id eſt, finis verſus, quia finit verſum & periodos. Figura eius talis eſt. Sunt duo puncta craſſiora & cohærētia, dictioni ei in verſus ſerie poſtpoſita, vbi orationis ſententia videtur eſſe perfecta et abſoluta. Latinis ferè idem valet periodus.*

Exemplum primo Regum ponitur euidens, vbi ordine diſtinctionū illæ orationis notæ collocantur, quæ vt melius intelligantur, textum Ebraicum aſcribam: וַיֹּאמֶר דָּוִד אֶל שָׁאוּל מִי אָנוֹכִי וּמִי חַיַּי מִשְׁפַּחַת אָבִי בְּיִשְׂרָאֵל כִּי אֶהְיֶה חָתָן לַמֶּלֶךְ׃
Hoc eſt: Et dixit Dauid ad Saul, Quis ego? & quæ nam vita mea, cognatio patris mei in Iſrael, vt fiam gener Regis? Vbi ſupra dictionem

שׁ

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

שָׁאוּל reuia ponitur: ſupra הֲיִי ſakeph katon: infra בְּיִשְׂרָאֵל Adſnachtha: deniqꝫ poſt dictionem לְמֶלֶךְ׃ ſoph paſuck, quaſi finis ſententiæ ſeu verſus.

Hi quatuor accentus diſtinguentes orationem in ſua membra, magnam apud Ebræos vim in mutatione punctorum habent, ſæpenumero enim mutãt breuia puncta in longa, vt ſcheua in ◌ָ ◌ֵ וֹ. Sic etiam mutant ◌ַ & ◌ֶ in ◌ָ. Sicut in Grammatica Auenarij ſatis perſpicuè docetur.

Hæc paucis dicta ſint de Accentibus, quantum quidem in præſentiarum diſcentes requirere poſſent. De cæteris verò minimè curandum eſt, quum ad ſenſum & ad intelligentiam nihil faciant, ſed tantum ad decorem lectionis et ad cantilenam.

Eſt & hoc obſeruatione dignum, per

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

per virgulam hanc ־ quam Makaph vocant, duas dictiones ita copulari, vt non ſicut duæ, ſed vt vna, tanq̃ ſub vno ſpiritu & accentu, ſint proferendæ. Latini ſubunionem, Græci ὑφὲν vocant, vt Pſal. 33. אֵין הַמֶּלֶךְ נוֹשָׁע בְּרָב־חָיִל גִּבּוֹר לֹא־יִנָּצֵל ב
בְּרָב־כֹּחַ : Hoc eſt, Non conſeruatur rex multitudine copiarum, neq; quiſquam fortis vir defendetur virtutis ſuæ præſtantia. Et præter hoc quod Makaph connectit & copulat dictiones, habet etiam contrarium officium accentibus prædictis: Mutat enim longa puncta in breuia, idq; non per ſe, ſed quia duabus dictionibus connexis regulariter accentus migrat ex ſua ſede, vt valeat tunc illa regula. Syllaba proprio accentu priuata migrat in breuiorem.

Mu-

Mutat { ָ / ֵ / וֹ } in { ַ / ֶ / ֳ } ut { עַל־צִיּוֹן / אֶת־יְהוָה / יַעֲבָר־פִּי } pro { עָל / אֵת / יַעֲבֹר }

CAPVT NONVM.

DE NVMERIS, SIVE CHARA-ɛteribus numerorum.

NVmerant Ebræi per literas Alphabeti, non ſecus atq; Græci numerare ſolent: Atq; hac ratione diuidunt alphabetum in quatuor ordines, ita, vt primus ordo vnitates, ſecundus denarios, tertius centenarios, quartus verò millenarios numeros complectatur, vt ſubiecta tabella declarabit.

VNITATES.

9	8	7	6	5	4	3	2	1
ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א

Denarij.

90	80	70	60	50	40	30	20	10
צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י

Centuriæ.

900	800	700	600	500	400	300	200	100
ץ	ף	ן	ם	ך	ת	ש	ר	ק

Multi

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Multi poſt thaf alias literas ita iungunt.

100. 900 800 700 600 500 400

תתר קתת תת תש תר תק ת

Millenaria.

8000 7000 6000 5000 4000 3000 2000 1000

חא זא וא הא דא גא בא א

Compoſitio numerorum.

Ad hunc modum componuntur numeri.

21 20 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10

כא כ יט יח יז יו טו יד יג יב יא י

29 28 27 26 25 24 23 22

כט כח כז כו כה כד כג כב

& ſic deinceps.

Obſeruandum eſt autem ubi quindecim per יה numeranda forent, Iudæos טו uſurpare: eo quod prius ſit pars diuini nominis יְהֹוָה, quod nomen apud Iudæos tam precioſum erat, ut nefas eſſe ducant, ſi quis inter eos ipſum ut ſonat, pronunciet: ſed loco eius recenſent literas Iod, he, Vau, he, ex quibus integratur.

Atq; hæc ſunt præcepta, quæ ad facultatem legendi ſanctæ linguæ tyroni ſufficere arbitramur, quæ ſcripta ſunt & collecta in hunc finem, ut huius linguæ diſcendæ cupidi aliquo modo iuuentur.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2225 8° (LN 1633)